



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



NATIONALBIBLIOTHEK
IN WIEN

133061-B

ALT-

428. g. 29.

21


Q. D. B. V.
IGNORANTIA ERUDITA,
EX
IURE NATURAE
ETIUSQUE
PRINCIPIO
DEMONSTRATA
IUSTO VVESSELO RUMPAEO, D.

133061-B

Digitized by Google



I. N. I.



Si Adam ad DEI imaginem creatus rerum cum supernaturalium tum naturalium perfectam acceperat cognitionem, ut SS. Trinitatis quoque ex ratione cognoscet Mysterium; lapsus tamen quantam sibi suisque posteris superinduxerit ignorantiam rerum omnium, lacrimis vix deplorare possumus sufficientibus. Neque enim de rebus, quas homo post lapsum ignorat, extra se positis, vel aliquid hic adducemus; cum in Theologicis celeberrimus Theologus Altorfianus Dn. D. SONTAGIUS Dissertatione inaugurali de Ignorantia Theologorum laudabili ex 1 Cor. XIII, sub Praefidio b. D. VELTHEMII. Jenae 1690. habita, et ex Reformatis GISBERTUS VOETIUS P. III. Dispp. selectarum quibus de docta Ignorantia Disputationibus; In Philosophicis

A 2

cis

cis b. D. IOACHIMUS LINDEMANNUS disquisitione de
iis, quae Theologia naturalis ignorat, b. D. SELIGMAN-
NUS Disputatione de iis, in quibus Philosophia dormitare
vel haerere videtur, et Maxime Reuerendus Dn. D. AEPI-
NUS, Fautor et Amicus noster aestumatissimus, Dissertatio-
ne Logica de Ignorantia Erudita, et iterum VOETIUS Tra-
ctatu de Ignorantia docta Physica id ostenderint sufficientissi-
me: Manemus autem in praesens apud Ius Naturae, atque
ex eo doctam siue eruditam confirmabimus Ignorantiam.
Equidem dari Ius Naturae praeter CARNEADEM, Academ-
miae Sectae Philosophum, de quo vid. GROTIUS de Iure
Belli et Pacis Prolegom. §. V. hactenus ignorauit nemo, partim
interno conscientiae testimonio Rom. II, 15.; partim Numinis
diuini sensu ac metu; partim actionum bonarum et malarum
natura; partim denique ipsius subiecti, quod est homo, Iu-
ris Naturalis existentia, illud euidentissime demonstrantibus.
Vid. Dn. M. FERBERI Philosophia Iuris Naturalis §. II. et
seqq. Quid vero hoc Ius Naturale sit, non omnes aequo
scire videntur. Quod si enim cum HUGONE GROTIQ il-
lud definiueris per dictatum rectae rationis, indicans actui
alicui ex eius conuenientia vel disconuenientia cum natura ra-
tionali inesse moralem turpitudinem vel necessitatem moralem,
tibi b. D. OSIANDER in Observationibus varias ostendet
difficultates, quibus haec definitio premitur, quaeque de-
monstrant, quare sit reicienda: Si cum VITRIARIO in
Institutionibus Iuris Naturae et Gentium C. I. Q. XI. p. m. 5.
Ius Naturae dixeris, esse Ius quod DEUS per rectam ratio-
nem inter omnes homines constituit propter honestatem et ter-
pitudinem, tibi Dn. D. IAGERUS in Observationibus ad
GROTI libros de Iure Belli et Pacis, Tübingae 1710. p. m.
44. et seqq. prolixo ostendit, neque hanc definitionem sub-
sistere posse: Si cum ipso Dn. D. IAGERO vel theologicis
per

per rogulam menti nostrae diuinitus inscriptam, obligantem
ad amorem DEI, sui et proximi, vel philosophice per nor-
mam vivendi ab autore naturae praescriptam, obligantem ad
id quod intrinsece bonam est, amplectendum, et malum fugi-
endum. l.c. p. m. 46. Ius Naturae descripsis: Tibi hanc
definitionem non concedent, teste ipso IAGERO l.c. p.m.
47. qui cum PUFENDORFFIO, VITRIARIO, illustri
Dn. THOMASIO, et aliis contendunt, Ius Naturae prima-
rio testaceum respicere; aut ex illa ceu fonte quodam pullu-
lare; aut ab ea determinationem accipere: Neque in eam
consentient, qui cum FERBERO l.c. §. 48. solcite Ius
Naturae a Lege Naturae distinguant, causati non Ius, sed
Legem Naturae a IAGERO definitam esse. Aliis alio-
rum definitionibus recensendis reiciendisque, cum plura nobis
adhuc sint memoranda, iam supersedemus. Ad ipsum
iuris vocabulum si transeo, et hic, unde illud deriuetur non
eandem esse omnium cognitionem, inuenio: Illud ceu iussum
a iubendo per apocopen a GUILIELMO et HUGONE
GROTIO, vel a iusto itidem a GUILIELMO GROTIO,
vel a Ioue a CHRYSIPPO et STOICIS deriuari, nemini,
qui vel prima huius disciplinae salutauit limina, poterit esse
ignotum. Quaerenti amplius, quid iuris? Quid naturale
vocabulum hic notet? Non eodem modo Autores responde-
bunt. Iuris vocabulum hic non legem notare, ostendere ad-
laborat FERBERUS l.c. §. 4. et 48. cui autem contradicit
PUFENDORFIUS de Iure Naturae et Gentium Libro II. c.
II, §. 1. et GUILIELMUS GROTIUS de Principijs Iuris
Naturalis, aliis praeter legem etiam facultatem significat, in-
deq[ue] in *censeb[us]um*, quod[con]fert facultatem agendi, et *praec-*
ceptiūm, quod iubet agere vel non agere distinguunt, sed
hac *sixtorūiz* alii non sunt contenti, ius *permisſiūm*, cuius
indultu (extrinsece) ab impedimentis et poena ille exemptus

est, qui sic agere velit, nulla tamen facultate (intrinsico) multo
minus mandato ad agendum hoc ipso instruitur, addentes. Suna
tamen, qui ius concessuum et permisssuum pro iisdem habent.
Vid. b. ALBERTI Compend. Iuris Naturae Lipsiae 1696.
8. c. I. §. 2. et 3. p. m. 33. et 34. ^{et} naturale aliis naturam na-
turatam, et quidem eius nudum instinctum, quos refutauit
FERBERUS I. c. §. 3. aliis vero naturam hominis, rerum-
que ab homine proficiscentium, vid. FRID. GENTZKEN
de Principiis Iusti, Kiloni 1707. 4. C. I. §. 3. p. m. 13. signifi-
cat. Satis de Iuris Naturae definitione et vocabulo. Nondum
autem litium finis, quin potius eas crescere videbis, si ad iu-
ris naturae principium iam fuerit deuentum. Per principium
autem hic intelligitur *cognoscendi*, ex quo ego cognoscere pos-
sum, hoc vel illud esse vel non esse iuris naturalis. Requi-
runt autem ad hoc principium, ut sit (a) *Verum*, quod non
continet propositionem aliquam falsam. (b) *Primum*, ex quo
omnia iuris naturae praecepta ultimo per legitimae consequen-
tiae leges inferuntur, atque in illud denique iterum resoluun-
tur. (c) *Unicum*, quod est veritatis consequens, cum unius
rei non nisi sit unica veritas, neque duplex et contradictoria
veritas detur. (d) *Adaequatum*, unde omnia rite inferri
possunt, seu, quod omnia Iuris Naturae praecepta sub se
continet, nec alia tamen praecepta, quam Iuris Naturalis.
(e) *Euidens*, quod tam voluntati diuinae conuenire, abstra-
hendo tamen a lumine reuelato, ex primo principio practi-
co potest demonstrari, quam cum quo connexio conclusi-
onum adeo euidens est, ut sere palpari possit. Quibus ita
praefuppositis, si quaeras, quodnam sit Iuris Naturae prin-
cipium, equidem in genere facile responderi potest, illud sc.
esse Iuris Naturalis principium cognoscendi, siue ex quo co-
gnosci possit, quid sit quidue non sit Iuris Naturalis, *quod est
verum, primum, unicum, adaequatum et euidens.* In spe-
cie

èie autem quodnam illud sit, determinare hoc opus , hic la-
bor est. Agedum viginti diuersorum diuersas adducamus
sententias, earum vero Auctoribus, propter breuitatem, non
allegatis , nullam ex iis sine dubiis difficultatibusque esse,
ostensuri. Quicunque ergo contendit , I. Iuris Naturalis
principium consistere in *conuenientia cum ordine et fine crea-
turarum*, ei ostendi potest, hoc principium non (α) esse *ve-
rum*, cum ex eo sequatur, Ius Naturale etiam in bruta et re-
liquas creature omnes cadere : Neque (β) esse *adaequatum*,
cum non omne, quod ordini naturae aduersum est, e.g. per
alium assumere alimenta, siue per clysteres nutriri, vomitum
medicamentis prouocare , repugnet Iuri Naturae : (γ) Non
esse *evidens*, maxime enim obscurum et difficiliori disquisicio-
ni est obnoxium, quid sit, et in quo consistat natura humana.
Neque II. Principium iuris Naturae, *Ius Mundi eiusque or-
dinem statuere possumus, ut ea quae finem a DÉO in creati-
one mundi intentum impediant, prohibita, fine quibus vero
finis iste obtineri nequit, imperata lute Naturae censenda sint*,
quia non est *evidens*, neque enim liquido et distincte intelligi
potest, quam necessariam relationem singula Iuris Naturalis
praecepta ad finem in creatione mundi intentum habeant.
Quod si III. Principium Iuris Naturae dixeris esse *communem
omnium gentium natione sua recte utentium observantium*, cum
deprehendes, illud non satis esse *evidens*, cum non omnes
gentes sint notae : Neque cognitarum leges aut mores pate-
fiant: Non esse *adaequatum*, cum gentes in omnibus emnes
non idem sentiant. Fuerunt IV. equidem, qui principium
Iuris Naturalis esse *convenientiam cum statu integratis dixe-
runt, sed ostenderunt alii, hoc principium non esse evidens ho-
mini rudi omnis Iustitiae et Religionis, et Ethnico non esse
naturaliter cognoscibile , sed ex sola Scriptura unice cognos-
cendum. V. Quod a nonemine principium Iuris Natura-
lis*

lis constituitur: *Quaerendam esse pacem, ubi haberri potest, ubi non potest, quaerenda esse belli auxilia, siue defensionem vitae et membrorum suorum pro posse*, illud est *inadæquatum*, neque enim omnia præcepta ex eo sunt demonstrabilia: Non est verum, cum hic status naturalis præstantiae hominis non conueniat. Non est VI. Principium Iuris Naturae *voluntas et iussum creatoris*, quia non est principium *evidens*, cum, quicquid sit voluntatis diuinae, ex reuelatione paret: Non est *adæquatum*, quia non tantum voluntas diuina, sed etiam intellectus, potentia et sapientia huc pertinent. VII. Septem vero Noachidarum præcepta non sunt iuris naturae principium, quia non est *evidens*, neque enim ex lumine naturae vel $\gamma\varphi\delta$ de his præceptis, si quae dantur, constat: Non est verum, cum non sit extra controversiam, an unquam a Noacho ejusmodi præcepta fuerint data. VIII. Qui principium Iuris Naturae *rectam rationem* constituunt, illi videant, an hoc principium sit *evidens*, omnibus namque mortalibus rectam rationem crepantibus, et alios, qui ipsis sunt contrarii, in errore versari putantibus. IX. Qui principium Iuris Naturae, vel *Iustitiam diuinam*, vel X. *Legem DEI aeternam*, faciunt, illi non considerant, quod haec principia non sint *evidentia*, cum citra reuelationem diuinam, vel conuenientiam cum iustitia diuina vel disconuenientiam, neque an haec cum lege aeterna conueniant, an vero non? an sit *primum* principium, cum aliunde semper sit probandum, hoc istudue legi aeternae conuenire, vel non conuenire, in omnibus scire possimus. XI. Neque *benevolentiam uniuersalem*, neque XII. *amorem intellectualem*, vel *studium suum cuique tribuendi* pro principio Iuris Naturae agnoscimus, cum non sit principium *evidens*, quid enim obscurius est hac benevolentia uniuersali? non sit principium *adæquatum*, studium suum cuique tribuendi est pars officiorum hominis, quae aliis debet. Ubi yero manent officia

ficia erga DEUM et nos ipsos? XIII. Tria haec iuris pracepta: *Honeste vivendum, nemo laedendus, suum cuique tribuendum*, non possumus pro principio Iuris Naturae recipere, quia non est principium *unum*, sunt enim tria pracepta, tres propositiones: Non est *cuidens*, siue enim honestum appelles legi, sive rationi conueniens, obscurum manebit, quid sit conueniens rationi et legi. Tertium vero: *Suum cuique tribue*, non est *cuidens*, cum hoc solum ICtus in definitione iustitiae suo iam tempore inculcauerit. XIV. Communiter quidem principium Iuris Naturae dicunt esse *socialitatem*, siue *communem inclinationem toti humano generi a DEO ineditam*, vi cuius desiderat vitam cum aliis hominibus beatam atque tranquillam, sed alii hic obuerunt, non esse principium *adaequatum*, neque enim ex hac socialitate officia erga DEUM, neque officia hominis erga scipsum, temperantia e. g. innocentia etc. neque officia erga alios, an v. g. germanam ducere uxorem, adulteria, incestus, sint actus turpes? An vero huc citi? demonstrari possint, prout ipsi Dnn. Dissidentes concedunt, quando etiam praeciput hoc: DEO pare, dicunt esse praesuppositum Iuris Naturalis: Non est principium *primum*, cum eo detur aliud prius, voluntas scil. diuina et lex de amando proximo, quibus socialitas unice nititur: Non est principium *verum*, neque enim quod non laedit societatem, statim est Iuri Naturae conforme, nisi velis e. g. Polygamiam, Incestum, Sodomiam etc. Iuri Naturae conformia dicere. Unde XV. Etsi alias huic socialitati *philautiam coniunxerit*, et principium Iuris Naturae esse dixerit: Cole DEUM, exerce philautiam et socialitatem erga viuos et mortuos, nec non propagationi naturae humanae attemperatae stude, conditio ni tuae vel naturali vel aduentitiae conuenienter, nos tamen pro principio Iuris Naturalis non possumus assumere, quia non est principium *cuidens*, qualis philautia an bona? anima la?

la? hic sit intelligenda , non omnibus patet : Non est principium *verum*, sicut ex num. anteced. patet , destructa enim socialitate , et hoc principium fallum esse prona consequentia fluit. XVI. Tria vero haec principia : ***DEUM cole*** , ***temperanter viue*** , et ***socialiter viue*** , non videntur nobis rigorem principii Iuris Naturae sustinere , quia haec propositio : ***Temperanter viue*** non est principium *adaequatum* , cum non omnia officia , quae homo sibi ipso debet , sub se comprehendat , v. g. defensionem sui ipsius etc. Tertiam vero propositionem : ***Socialiter viue*** non posse esse Iuris Naturae principium , iam supra ostendimus. XVII. Neque haec regulae : ***Quod quisque Iuris in alium statuit, ut ipse eodem Iure utatur*** , Et : ***Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*** , possunt esse principium Iuris Naturae , quia non sunt principium *cuidens* , cum non cuius pateant : non sunt principium *adaequatum* , neque enim procedunt inter inaequales , cum Dominus possit a seruo postulare servitia , et si nolit ista rursus seruo praestare : Non poterunt applicari ad officia hominis erga seipsum. XVIII. Sunt etiam , qui circa has tres propositiones : ***Quod vis, ut alii sibi faciant, tute tibi facies*** : (vocatur principium honesti) ***Quod vis, ut alii tibi faciant, tu ipsis facies*** : (appellatur principium decori) ***Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*** : (appellatur principium iusti) tanquam principium Iuris Naturalis , desiderant , quod non videantur esse principium *cuidens* , cum non cuius facile pateat , quid alii sibi debeant facere : Non videantur esse principium *verum* , qui enim alteri homini non bene cupit , is vellet , ut ille sibi damnum inferret , ex quo iam sequeretur , nos nobis ipsis damnum inferre debere : Non videantur esse principium *adaequatum* , cum officia erga DEUM illis non comprehendantur. XIX. Neque haec propositio : ***Quicquid ad conscientiam emendationemque naturae facit, id omne est Iuris***

Iuris Naturalis, videtur *Iuris Naturae principium esse*, quia non est principium *evidens*, cum non omnibus pateat, quodnam illud sit, quod ad conseruationem emendationemque naturae facit: Non est principium *adaequatum*, cum neque officia erga DEUM, neque officia erga proximum hoc principio contineantur: Neque adeo est principium *unicum*, cum adhuc alia dentur, quae in hoc non continentur. XX. Tandem videntur *amor DEI*, *amor sui ipsius*, et *amor proximi* esse *Iuris Naturae principium*, sed quia non est principium *evidens*, cum ex lumine rationis nemini mortalium pateat, quomodo DEUM vere amare debeat, sed illud unice ex Scriptura sit addiscendum: Neque etiam quonodo seipsum licite amare debeat, quilibet nouisse potest, neque est principium *primum*, cum voluntate diuina nitatur, inde apparet, et contra hoc principium nonnulla excipi posse. Atque ita varias, numero viginti, de *Iuris naturae principio sententias propoundingo*, dubiolaque circa eas adiiciendo, ostendisse nos putamus, vix aliquod *Iuris Naturae principium constitui posse*, quod exceptionibus non sit expositum, scientiamque adeo nostram circa illud esse prorsus exiguum. Quam si eruditam appellare mauis ignorantiam, non refragabimur. In praefens ex Cathedra nostra Scholastica de Ignorantia declamatus cum *eras circa horam primam*, bono cum DEO, stitutus iuuenes, et quidem

IOANNEM CASPARUM DOVY, Osnabru-

gensem, *de ignorantia intellectus humani*,

GOTTFRIDUM CASPARUM DAVIDIS,

Unnensem, *de remediis aduersus ignorantiam*,

GOTTFRIDUM BALTHASAREM RADE-

MACHER, Unnensem, *de diuerso pro ingenii di-*

uersitate studiorum genere ad depellendam

ignorantiam amplectendo,

lati-

latinas Orationes, bene elaboratas, memoriter
recitatueros, ut huic Panegyri sua grauissima
et honorifica praesentia splendorem conciliare,
nostrosque Oratores beneuole audire velint *Ma-*
gnificus noster Magistratus, Amplissimi Domini
Scholariae, Venerandum Ministerium, aliique bo-
narum litterarum Patroni ac Fautores ea, qua par
est, observantia etiam atque etiam rogamus. PP.
Susati M DCC XV. Die XXVI. Martii.

SUSATI, Litteris HERMANNIANIS.



Österreichische Nationalbibliothek



+Z160385606

